Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



62

ego ipse sum. palpate & videte quia spiritus
carnem & ossa non habet sicut me videtis habere
Et cum hoc dixisset ostendit eis manus & pe
des. adhuc autem illis non credentibus & mira
bilibus pre gaudio dixit eis. Habetis hic aliquid
quod manducet. at illi obtulerunt ei partem
piscis assi & favum mellis. Et cum man
ducasset coram eis sumens reliquias dedit
eis & dixit ad eos. Hec sunt verba que locutus
sum ad vos cum adhuc essem vobiscum. Quoniam
necesse est impleri omnia que scripta sunt in le
ge moysi & prophetis & psalmis de me. Tunc
aperuit illis sensum ut intelligent scrip
turas & dixit eis. Quia sic scriptum est & oportebat
sic pati xpm & resurgere a mortuis die tertia
& poenitentiam in nomine eius predicari & remissionem
omnibus peccatis in omnes gentes Offertorium
de celo dns & altissimus dedit vocem suam & apparuerunt
fontes aquarum alla secreta Suscipe dne hodie
preces cum oblationibus hostiarum ut per hec
pie devotionis officia ad celestia gaudia mere
amur per ihsum Te quidem dne omni tempore Co
municantes Hanc igitur Cetera dicta ut supra
Communio Consumpsistis cum xpo que sursum sunt
quaerite alla ubi xpus est in dextera dei sedens que
sursum sunt sapite alla Oratio Concede q. o. p.
ut paschalis pacem sacramenti & munia
nos mentis & corporis perpetua mereamur. Do